



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXIX. De reditu nuntiorum à Duce Polonia & scriptis eius, super tributi
alleuatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

zantur. Et à pueris, & à iuuenibus cana Patrum prudentia se passa est erudiri: flammaq; fidei paulatim progrediente, concaluit ciuitas vniuersa: neq; iam occultè, vel pauci, sed publice & multi simul quotidie veniebant ad fidem.

*Quid puero-
rum pater?*

Interea præfatæ coniux matronæ, & pater primitiuorum in via domo absens, vbi audiuit, quod vxor & filij, totaq; domus eius, proiecto paganismo, ritu viueret Christiano, mori voluit præ dolore. Sed vxor prouida, cognatos eius & amicos, qui malagma ei consolationis apponerent, obuiam direxit ægroto. Ipsa verò domi, pro illius conuersione preces Domino, & vota non irrita, offerre non cessauit. Itaque reuersus ille, cum non solum domesticos suos, verum etiam alios vicinos, & conciuos suos veterem hominem exutos, in nouitate vitæ conspiceret ambulantes, ad conformandum se illis, Deo visitante cor illius, facile inclinatus est.

*Ipsè etiam ad
fidem conuer-
situr.*

De reditu nunciorum à Duce Polonia, & scriptis eius super tributi alienatione.

CAPVT XXIX.

Seftidus.

** Hæc vox hoc
loco in bonam
partem acci-
piunt.*



Vm ea geruntur in ciuitate, Paulitius & legati tam illorum, quam nostri à Duce Poloniae veniunt, pacti mandata & scripta * Tyranni secundum hæc verba reportantes. Boleslaus omnipotenti Dei fauente clementiâ Dux Polonorum & hostis omnium paganorum, genti Pomeranicæ, & populo Stetinensi promissæ fidei sacramenta seruanti, pacem firmam & longas amicitias; non seruanti verò, eadem & incendia, & aternas inimicitias.

Si occasiones quærerem aduersum vos, iusta esse poterat indignatio mea, quod quasi fidei vestre transgressores vos retrosum abire conspicio: & quia Dominum & Patrem meum Ottonem Episcopum, omni honore ac reuerentia dignissimum, vita & fama in omni populo & gente præclarum, vestre salutis a DEO vero & nostro ministerio destinatum, sicut oportuit, non suscepistis, neq; hæctenus secundum DEI timorem illius doctrina obe-

distis

distū; omnia hæc vestra valebant accusationi: sed interpellare pro vobis. * Responsales & mei & vestri; honorati viri & prudentes, præcipue * Legati. autem ipse Pontifex apud vos manens, Euangelista vester & Apostolus. Horum ergo consilio ac petitioni acquiescere dignum iudicans, seruitutis ac tributi pondus, vt iugum Christi ed alacriores suscipiatis, hoc modo releuare decreui.

Tota terra Pomeranorum Duci Polonia, quicumque sit ille, trecentas *Paſſa Bolesl. m.* tantum argenti marcas publici ponderis annis singulis persoluent. Si bel- *curi Pamera- m.* lum ingruet ei, hoc modo eum iuuabunt. Nouem Patres familias decimum in expeditionem armis & impensis abunde procurabunt. Ista seruantes & fidei Christiana consentientes nostram pacem porrectione manus, & æterne vite gaudium consequemini; & in omnibus opportunitatibus vestris præstidia semper & auxilia Polonensium, tanquam socij & amici, experiemini.

Igitur habita concione, vbi coram populo & principibus Verba hæc recitata sunt, multo quàm dum apud * Naclam ar- ** Naclam seu Naclum.* mis subacti essent, lætiores facti, sacramenta deuotè suscipientes, remotâ omni contouersâ, Euangelicis traditionibus se submiserunt. Episcopus verò, arrepto tempore, pulpitem *Concio Episcopi ad Sietimenses.* conscendens: nunc, ait, ad nostri sermonis officium ventum est: & incipiens; gaudete, inquit, in Domino semper, iterum dico gaudete, *Philip. 4.* modestia vestra, fides & conuersatio vestra nota sit omnibus, nota sit omni mundo. Nam totus mundus pro vestra doluit infidelitate. Totus enim mundus, fratres charissimi, vsque ad hunc terra angulum, lumen veritatis agnoscit, & vos in tenebris manere voluistis? Pudeat & pœniteat vos, creatorem vestrum hæctenus non agnouisse. Nunc ergo tantò deuotius, quanto seriùs ad ipsum conuertimini; currite, festinate, vt eos, qui vos in fide præcesserunt, consequamini: hoc agere solliciti, vt, qui de vestra cecitate pie doluerunt, de vestra illuminatione possint in Christo gloriari.

Et primò ipsis deceptoribus Dijs vestris, surdis & mutis sculpsilibus, & *Monet S. Otho Sietimenses, & idolis & ledicant.* immundis spiritibus, qui in iis sunt, signo crucis armati, quantotius renuntiate, sana diruite, simulacra conterite, vt hostibus eius eiectis, à vobis Dominus DEVS vester, DEVS viuus & verus, in medio vestri habitare dignetur. Nisi enim omnes alios abiiciatis, ipsum habere propitium non potestis. Fugit enim, & indignum sibi reputat aliorum consortium Deorum: & nulla communicatio eius cum idolis. Sed scio, quia nondum satis confiditis

ditū; scio, quod timetū dāmones inhabitatores sanorum ac sculprilium vestrorum, & idcirco non audetis ea comminuere; sed pace vestra sit, vt ego ipse cum fratribus meis Sacerdotibus & Clericis simulacra & continas illas aggrediar; & si nos Crucis sancta signaculo premunitos, illos permanere videritis, eodem crucis muniri trophæo, vos omnes nobiscum in securi & scia excisis ianuis & parietibus deiciite illas & incendite.

De destructione sanorum & simulacrorum.

CAPVT XXX.

Sesridus.

*Destruuntur
Templa Idolo-
latrica.*



Vod cum audissent, & annuissent, Episcopus & Sacerdotes, celebratā missā & accepta communionē armati securibus & harpis continas aggrediuntur, & sana comminuentes & excidentes, omnia scandentes tecta & conuellentes. Stabant autem ciues aspicientes quid Dij facerent miserimi? Vtrum nam tecta sua defenderent, nec ne? At vbi destructoribus nihil mali euenire vident; si, inquit, aliquid diuinā virtutū haberent, isti, quorum sacra & templa conuelluntur, utique defenderent se. Si autem se defendere, aut sibi prodesse non valent, quomodo nos defendere, vel nobis prodesse poterunt? Et hæc dicentes, facto impetu, diruunt & comminuunt omnia, ipsamque lignorum materiam inter se diripientes ad domos suas in vsum foci coquendis panibus & cibis comportabant; & quia plus rapienti, plus habere fas erat, omnes illa continua numero quatuor, mira celeritate confracti sunt, ac direpta.

*Quid sit Cōti-
na? Cram. Præ-
dicans lib. 1.
Chronici ca. 21.
Continas in-*

*terpretatur,
gemetuchäuser vnd Wirtschafften / in dem end verordnet, daß man darinn gewisse Zusammentunff-
gen / Seltz / vnd dergleichen Gesellschaften begienge.*

Tiemo. Quare illa templa vocabant Continās?

Sesridus. Sclauica lingua in plerisque vocibus Latinitatem attingit, & ideo puto ab eo, quod est continere, Continās esse vocatas.

De